

dicet Augustinus sub dubio relinquere utrumque, dicendum est, quod habent rationem spiritus, a quibus tamen non sic animantur, sicut inferiora a suis animabus. Et conformiter ad hac...

VIII. Porro Caelos non esse animatos proprie hac ratione ostendit hoc. art. 3. Caeli enim luminaria animata non sunt...

IX. Neque, quod Caelia corpora insulant, & sint causa viventium, quod maxime patet in animalibus, qui ex putrefactione generantur, quae virtute Solis, & Stellarum generantur...

D U B I U M VI.

De opere quinta Diei, & sexta.

S. I.

De opere quinta Diei.

OPUS quintae Diei sic a Moyse describitur, Genes. 1. v. 20. &c. Dixit etiam Deus: producat aqua reptile anima vivens, & volatilia super terram sub firmamento Caeli...

II. Hoc nomine reptile pisces intelliguntur, quia ut colubri in terra reptant, ita pisces in aquis: pedibus enim carent; & si qui habent, ut amphibia, id est, qui tam in aquis, quam in terra degunt...

III. Ex aquis etiam producat dicitur aves, quae sunt velut quidam pisces aeris, aeream fundentes, & alis suis per aera velut natantes. Dicitur etiam aves producat ex aquis, sicut & pisces, nempe rarioribus, ut docet S. Augustinus. Nam ut ait lib. de Genes. ad litter. cap. 3. Utinamque hoc animantium genus ex aquis productum esse narratur...

VI. Ex aquis ergo varis de causis producat dicitur aves, sicut & pisces (ex aquis inquam tamquam ex causa materia, non efficiente) quarum prima est convenientia loci, quae scilicet cum aere; ambo enim sunt corpora diaphana, humida, & quae facile cedunt. Secunda, quia aer, per quem volant, est plenus humore aereo, & facile in aquam resolubilis. Tertia, quia & avium, & piscium corpora quaedam habent tum levitatem, tum agilitatem. Quarta, quia conveniunt

in temperantiam; tam enim in avibus, quam in piscibus predominatur humor aqueus, esto in istis crustosior, in illis vero subtilior: hinc multae aves sunt aquatiles, ut cygni, anseres, anates, &c.

V. Neque obest, quod Genes. 1. ver. 19. dicitur: Formavit igitur Dominus Deus, de humo caecae animalibus terram, & universis volatilibus Caeli. Neque quod textus Hebraicus legat: non producat aqua... volatilia super terram: sed Volatilia volat super terram.

Nam ad primum ex Div. Augustino lib. 9. de Genes. ad litter. cap. 2. dico, vel ly de humo cadere solum super animantia terrae; non vero super volatilia Caeli: ne volatilia Caeli etiam accipere Scriptura, intelligamus, unde fixavit, velut qui firmavit... ex aqua esse producta. Vel nomine avium, seu terrae universaliter sic appellatae, intelligi etiam aquas, sicut cum dicitur: laudate Dominum de terra, secundum istam universalem appellationem terrae, secundum quam etiam de isto mundo dicitur: Deus qui fecit Caelum & terram, sicut de ista, sicut de aqua quaecumque creata sunt, de terra creata veritate intelliguntur.

Ad secundam, dico primo, standum esse Versioni nostrae Vulgatae, quam, ut authenticam probavit Ecclesia. Secundo, textum Hebraicum convenire cum nostro, subaudiendo pronomen quod, hoc modo, & volatilia, quod volat super terram. Nam in Hebraeo hoc pronomen frequenter subintelligitur, unde fit sensus: producat aqua reptile... & volatilia volant, seu quod volat super terram.

VI. Addit Moyses, Creaturique Deus esse grandia. Duas, inquit, Judae, balenas, Enoch, & Leviathan, cum quorum altera Deus quotidie ludat, alteram occisum iustus ad epulandum reservet: ita perit sapientia a Sapientibus. Sed haec fabulae sunt. Gato grandia sunt pisces maximi, ita ut, inquit, Basilus homo 7. in Enoch, & post eum Ambrosii lib. 5. in Hexaem. cap. 11. si quando suspensum fuerint, vocantur in ista parte, quorum nonnullos, refert Plinius lib. 9. esse in Atlantico Magno gregem, seu quatuor jugum.

VII. Deinde avibus, & piscibus benedixit Deus, fecunditatem eis tribuendo: unde addidit, crescite, & multiplicamini. Hujus benedictionis effectus est illa maxima fecunditas avium, maxime piscium, ex abundantia humoris, & ovorum procreatione nata, quae animalibus terrestribus desunt; est enim Recentiores quidam, etiam terrestria animalia ex ovis in femina conceptis velint procreari, haec tamen in tanta quantitate non sunt, sicut in avibus, & maxime piscibus.

S. II.

De opere sexta Diei.

Sexta Die animalia terrestria, & homo producta sunt, Ita Moyses Gen. 1. ver. 24. Dixit quoque Deus producat terra animam viventem in genere suo, jumenta, & reptilia, & bestias terrae, secundum species suas. Factumque est ita. Et fecit Deus bestias terrae... & vidit Deus, quod esset bonum. Et ait: faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

IX. Prior pars textus explicatur. Per animalium viventem intelligit Moyses animalia terrestria, quae in tres classes dividuntur: in Jumenta a jurgando dicta, quia sunt in adjumentum hominum; tum ad laborem, ut equi, camelus, boves; tum etiam ad cibum, ut oves, vituli, & boves ipsi; in Reptilia, quae super terram, aut reptant ut Serpentes, vel salitant ut lacerti, locustae; in Bestias terrae, hoc est, quod animalium reliquum est; & maxime ferae, sive noxae hominibus, sive non. Non enim citra peccatum ei nocentibus, sed ejus praesentem imperio, ut in hac mortali vita Paulo vigeat obediunt; & Leonis Daniels. Ita Augustinus lib. 3. de Genes. ad litter. cap. 15. docet animalia, cum jam creata essent innoxia, nonnulli postea peccatoribus nocere coeperunt; & cap. 16. dicit bestias sibi invicem nocere, quibus nec ulla peccata sunt, quia scilicet alia cibi sunt aliarum. Immo ex ipsis animalibus est noxialis, malum est, ex quo non trahat homo aliquid in remedium vel utilitatem, de quo S. Augustinus lib. 1. de Genes. contra Manich. cap. 15. & nos aliqua superius diximus.

De animalibus imperfectis quatio est, is scilicet, quae ex sudore, exalatione, & putrefactione nascuntur, ut pulices, & vermiculi, de quibus, X. Respondeo cum Div. Augustino lib. 3. de Gen. ad litter. cap. 14. ejusmodi animalia, alia esse, quae ex animalium vitis corruptione, vel putrefactione oriuntur. Alia, quae naturaliter oriuntur ex corruptione aquae, terrae, ligni, plantarum. Posteriora haec censet S. Augustinus fuisse alia producta tertia diei, quando apparente terra coeperunt ex ea germinare herbae, & plantae. Priora vero absurdam reputat credere, fuisse alia creata, quando animalia producta sunt, sed tantum virtute. Cetera vero, quae de animalium signatur corporibus, & maxime mortuorum, absurdissimum est dicere, tunc creata, cum animalia ipsa creata sunt: nisi quia interea jam omnibus animalibus corporibus, ut quaedam naturalia, & quae profertur, & quaedammodo licitata primordia futurorum animalium, quae de corruptionibus salium corporum pro suo quoque genere, ac differentia, erant exortura. Ita quoque sentit S. Thomas 1. par. qu. 72. art. ante, ad 5. & qu. 73. art. 1. ad 3. ubi etiam docet, animalia, quae ex congressu diversarum pecierum generantur ut mulus ex equa & asina, lynx ex lupis & cerva, leopardus ex leana & pardo, non fuisse sexto die creata, sed solum casualiter, in quantum in aliis animalibus tunc productis fuit virtus illa producenti.

XI. Posterior vero pars de hominis productione multa involvit consideratione digna, immo candidato necessaria scitu, de qua

qua cum S. Thom. speciale instituit Tractatum a q. 90. ad q. 103. ideo, & nos speciali Tractatu eam complectemur.

XII. His omnibus perfectis, quae ad creationem, formationem, ornatum mundi pertinent, dicit Moyses Genes. 1. v. 2. Deus creavit die septimo ad universum opus, quae paravit, id est, cessavit a novis creaturarum speciebus producendis, non tamen ab opere, quod, vel creaturam conservat, vel universam creaturam administrat. Ita D. Th. 1. p. q. 75. art. 2. ad 1. & in corp. ejusdem art. explicans, quomodo Deus creaverit, ait: Requies dupliciter accipitur. Uno modo pro cessatione ab operibus. Alio modo pro implementatione desiderii. Et utroque modo dicitur Deus creavisse die septimo. Primo quidem, quia die septimo cessavit novae creaturas condere; nihil enim

postea fecit, quod non aliquomodo praesertim in primis operibus, ut dicitur (quod 69. art. 2. & art. precedent. ad 3.) Alio modo secundum quod rebus conditis ipse non intelligat, sed seipso fruendo beatus est. Unde post conditionem omnium operum, non dicitur, quod in suis operibus requievit, quasi eis ad suam beatitudinem indigeret; sed ab eis requievit; utique in seipso, quia sufficit sibi, & implet desiderium suum. Et quomodo ab eterno in se ipso requievit: nam quod post opera condita in se ipso requievit, hoc perit ad septimum diem, & hoc est ab operibus requiescere, ut Augustinus dicit lib. 4. de Gen. ad litter. cap. 15. Ita Divus Thomas. His igitur de Deo Creatore generatim Tractatu completo, & nos requiescamus.

TRACTATUS NONUS DE DEO CREATORE ANGELORUM.



DEUM esse Creatorem Angelorum, quamvis Moyses de generali rerum omnium productione differens non meminerit, certum tamen est, ut videbimus. Angelorum autem nomine intelligimus substantias quaedam veluti medias inter Deum, & homines, inferiores quidem Deo, superiores autem homine. Porro Angeli nomen non significat substantiam, sed officium: idem enim est, ac Nuncius, seu missus. Hinc a Graecis Mercurius, cum putaretur Jovis esse Nuncius, Iris serenitatis, Aurora Solis, hoc nomine vocabatur. Quapropter D. Gregorius, 34. in Evangelia, Angelorum vocabulum (inquit) nomen est officii, non naturae. Nam sancti illi Caelis patria Spiritus semper quidem sunt Spiritus, sed semper vocari Angeli nequam possunt; quia tunc solum sunt Angeli, cum per eos aliqua nunciatur. Quod ante docuerat D. Aug. in ps. 103. dicens: Quare nomen hujus naturae, Spiritus est: quare officium, Angelus est. Ex eo quod est, Spiritus est; ex eo quod agit, Angelus est. Ideo illud in homine, domus naturae homo, officii miles est. Quamvis autem, teste eodem Gregorio ibid. relato a D. Th. 1. p. q. 112. a. 2. ex D. Dionysio, soli Angeli inferiorum Ordinum foras ad ministerium mitti dicantur: Nam superiorum illa agmina ad istum nunquam recedunt; quoniam ea praesentibus, alium exterioris ministerii nequaquam habent, nihilominus usum factum est, ut Angeli nomen omnibus Caelestibus Spiritibus accommodetur; quia licet non omnes ad exterioris ministerium mittantur, omnes tamen idonei sunt ut legationis divini Nunciis fungantur, five visibiles, five invisibiles, five per se, five per alios, ut docet D. Thom. laudatus. De his ergo quatuor in an sit, quando creati sint, quid sint, eorum proprietates, dona, merita, peccatum, ceteraque a D. Th. expensa breviori quantum fieri poterit examine percurramus.

QUESTIO I.

De existentia, & creatione Angelorum.

DE S. I.

An essent Angeli?

S. I.

Existentia Angelorum ostenditur ex ratione.

DARI Angelos, seu naturas pure intellectuales, & Spiritus, quidam veterum Philosophorum negaverunt. Cujus erroris causam describit D. Thomas 1. p. q. 50. a. 1. ait: ignorantes vim intelligenti, & non distinguentes inter sensum, & intellectum, nihil esse existimaverunt in mundo, nisi quaedam sensa, & imaginationes apprehendi posse. Et quia sub imaginatione non cadit, nisi corpus, existimaverunt, quod nullum esse esset, nisi corpus. Nec mirum. Si enim hac ratione ipsi met Deo corpus aliquid eorum affinxerunt, putantes, quidquid non est corpus, esse nihil, multo magis negare debuerunt, dari creaturam aliquam, quae spiritus sit, & non corpus.

II. Hoc errore, teste eodem S. Thoma ibi, laboravit Sadducae apud Hebraeos haereticis (a quodam Sadduceo orti) quorum palmarium principium erat, nullum esse creatum existentem, quod corpus non esset, testante Scriptura act. 23. v. 8. Sadducae enim dicunt, non esse Resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum, Pharisei autem utrumque constantur. Unde S. Aug. serm. 71. alias 12. de Verbis Domini cap. 3. infert, Sadduceos negasse etiam Spiritum Sanctum. Sadducae, inquit, Spiritum Sanctum negabant: Pharisei vero cum Domino Iesu Christo negabant. Veritas tamen Catholica semper docuit, dari Angelos, & Spiritus, qui sint creaturae mediet inter Deum, & homines, quod fides docet & ratio suadet. Ut ergo Philosophos id negantes confutemus rationem, ut vero Sadduceos convincamus, Scripturam adhibebimus.

III. Dico primo, Angelos vere dari constat experientia, & ratione. Experientia quidem. Nam ipsis sensibus patet; emergentibus dari, magos, incantatores; homines qui aliqua faciunt, aut dicunt, quae vi sua natura facere, aut dicere non possunt, quod indicium est, eos ab aliqua superiori intelligentia moveri; saepe enim secreta, eventus distantes revelant, loquuntur linguis, quas nunquam didicerunt, temperant movent, praestigis oculos adstantium eludunt, ut de Apollonio Thianzo diximus; atque ejusmodi effectus excedentes eorum vires, speciali Dei auxilio fieri nefas est credere; Nam saepe contingit, homines illos obsecros, ceteroquin pios, in enormes blasphemias contra Deum erumpere, magos ea mirabilia parare, ut serviant impiorum iniquitatibus, vel falsae religioni fidem concilient, quae a Deo speciali auctore esse non possunt, ergo causa illa superior alia esse non potest, quam Angelus, seu Spiritus nequam.

IV. Ratione quoque. Primo sic. Deus condidit hoc universum essentialiter perfectum: ergo possit in eo omnes gradus rerum, quibus ejus perfectio essentialis consistit: ergo sicut in eo possit gradum rerum pure materialium: gradum rei portae, qualis est homo constans corpore, & spiritu, positus proinde quasi in confinio corporali, & spiritualium; ita oportuit, ut in eo poneret gradum rerum pure immaterialium, & intellectuum, & in hoc gradus sunt Angeli.

V. Secundo probatur, & roboratur praecedens ratio. Oportet, ut in universo detur aliqua creatura, quae modo possibili assimilaret Deo in forma per quam agit, quia omnis agens intendit assimilare sibi effectum in forma, quae agens per seipsum modo possibili, sicut architectus intendit assimilare, quantum potest, in forma nempe Idea, quam habet, & secundum quam facit domum. Sed effectus, qui perfectiori modo assimilatur Deo agenti secundum intellectum, & voluntatem est creatura intellectualis, & praedita intellectu, & voluntate; ergo haec datur, Rationes illae sumptae sunt ex D. Thom. 1. par. q. 50. art. 1.

VI. Confirmatur primo ex eodem S. Doctore a. Contra Genes. cap. 46. Tunc effectus maxime perfectus est, quando perfecte in suum redit principium: unde & circulus inter omnes figuras, & motus circularis inter omnes motus perfectiores sunt, quia in eis ad principium reditur. Cum autem omnes creaturae aliquomodo redeant ad suum principium Deum, alique secundum esse, alique secundum vivere: ille tamen magis redeunt ad suum principium agens per intellectum, & voluntatem, quae secundum intellectum & voluntatem illi assimilatur; ille enim ad illud redeunt non solum per naturam, sed etiam per operationem; ac experientiam sui principii imaginem gerunt; ergo naturas aliquas intellectuales esse, divinum operum perfectio postulat.

VII. Confirmatur secundo ex eodem ibidem. Ille effectus perfectior est, in quo forma, quae agens agit, recipitur secundum eundem modum essendi, quo est in agente: hac ratione ignis genitus ab alio igne perfectior effectus est, quia habet formam ignis secundum eundem modum, quo est in igne generante. Et contra domus extra posita, non ita perfecte recipit formam, quae architectus agit, quia non recipit eam secundum modum essendi: nam in Architecto est secundum modum intelligibilem; in modo autem exteriori posita, secundum modum materiale. Ergo universi perfectio requirit utrumque similitudinem, & quod datur creaturae, quae recipiant esse, sed secundum alium modum, qui in Deo est; & quod datur aliae, quae illud participant, secundum modum intellectuale, qui in Deo est, & illae erunt perfectiores, consequenter Angeli.

Hinc vides, totam vim rationum D. Thomae pro existentia Angelorum sitam esse in hoc, quia, ut universum sit perfectum debet dari gradus creaturarum, qui maxime Deum imitentur, & ad eum accedat.

VIII. Neque propterea inferas, ex dictis rationibus sequi, quod ut Universum esset perfectum, deberent dari etiam omnes species possibiles, immo & omnia individua immo creaturam omnium perfectissimam.

Nam contra est. Inter gradus enim rerum, & species ac individua duplex est discrimen. Primum. Quod gradus, nimirum



tum essendi, vivendi, & intelligendi, pertinent ad perfectionem formalem Universi, species autem, & individua ad perfectionem formalem materialem. Secundum quod gradus sunt in certo, ac determinato numero, necesse est, praesertim, esse, vivere, & intelligere, & praeter illos alii non dantur. At species, & individua sunt infinita, quaecumque enim specie data possit Deus aliam, & aliam perfectiorem producere in infinitum, ut nunquam deveniat ad perfectissimam, ultra quam Deus non possit. Sed Individua quoque in infinitum multiplicabilia sunt. Infinitum autem non potest totum simul in actu poni.

IX. Neque iterum dicitur, gradum intellectivi posito homine sufficienter haberi in universo.

Nam contra est. Gradus intellectivi reperitur in homine, non completo, & perfecte, sed incompleto, & imperfecto, non ut natura, sed ut pars naturae; homo enim adaequata consistit anima, & corpore; anima etiam in corpore non est pure intellectiva, sed est sensitiva, & vegetativa. Uo verbo, Homo est quid medium. Oportet ergo in universo dari extremum, nempe creatura pure intellectivalem, & spiritivalem sicut aliud, nempe creatura pure materialis, & corporea.

X. Moxed tamen mem. Candidatum, ut rationes praefatas existimet quidem congruentissimas, non tamen demonstrativas, neque a priori. Non a priori, nimirum ex causa, quia Deus, qui est causa Angelorum non ex necessitate, sed propter libere eos produxit, neque cum eorum existentia illam conditionem habet, aut Angelis indiget, ut sit, aut beatus sit. Neque Universi perfectio absolute Angelorum existentiam exigit; Nam potuisset Deus Universum aliter perfectum facere, quam modo facti, aut etiam non facere tam perfectum, quam modo est, & proinde sine Angelis. Unde D. Thomas hoc art. 1. in fine corporis, ait: *Ecce ipsam, quod intellectus est, aliter sensu, rationalitate, obedientia, esse aliquas res incorporatas in solo intellectu comprehensibile. Ubi rationalitas, inquit, non dicit vel effectus, vel de necessitate requiritur.*

Neque a posteriori. Quod enim dicitur creatura, quae perfecte quantum fieri potest Deum repraesentet, convenientissimum est, sed non absolute, necessarium. Neque datur effectus nullus evidenter nos manducans ad inferendam existentiam Angelorum; omnes enim effectus, quos in Emergiamen, Magis, alique, superius videri nos diximus, effectus equivoci sunt; dici enim possent, ad multos sufficere virtutem Dei, ad alios aliquas alias causas, quae ab Angelis diverse sunt, puta animas hominum defunctorum, vel phantasiae corruptionem, aut aliud huiusmodi.

XI. Neque obstat, quod nonnulli Philosophi existentiam Angelorum agnoverint. Plato enim tum in *Timaeo* cum in *Convivio*, Angelorum saepe meminit. Aristoteles etiam *lib. 8. Physic.* scribit, alia ab Angelis moveri.

Nam respondeo; hoc solum evincere, existentiam Angelorum posse ratione naturali ostendit probabiliter, non vero demonstrative ob rationes allatas. Si enim seculandur documenta ex Scripturis, Patribus, & traditionibus petita, non ideo quisquam convinceretur ex mirabilibus effectibus ad asserendum, dari substantias suapte natura separatas, ad animabus rationalibus distinctas; posset enim suspicari, omnia haec, vel a Deo, vel animabus eorum, qui defuncti sunt, quorum multae apparitiones narrantur, provenire. Adde de Platone dici posse, eum ex Moysi Pentateucho, quem Augustinus teste *lib. 8. de Civitate Dei cap. 11.* si non legit, audire tamen potuit ab Hebraeis dum in Aegypto moraretur, didicisse.

S. II.

Angelorum existentia asseritur ex Scripturis.

XII. Postquam Philosophis ostendimus, eos potuisse saltem probabiliter in cognitionem existentiae Angelorum devenire, restat, ut Sadduceos tam negantes, convincamus, quod ex Scripturis maximeque in Pentateucho, quem solum admittunt, praestabimus. In primis enim Genesis multas Angelorum narrat apparitiones *1. 16. v. 7. & 9.* Angelus Domini. I. Venenit duo Angelus Sodoma, & apud Loth Abrahami Negotem hospitati sunt. Et *v. 15.* coegerunt Loth, ut e Sodoma incendio mox defendi exiret, *cap. 24. v. 7.* Abrahamus famulum suum mittens in Mesopotamiam sic ait: *Domine Deus Caeli. . . ipse misit Angelum suum coram te.* Videtur etiam *cap. 31. v. 11. cap. 32. v. 1.* etc. Eorum praeter mentio fit in *lib. Exodi cap. 14. versicul. 19. cap. 23. v. 20. & 23. cap. 32. v. 34. cap. 33. v. 2.* Item in *lib. Numer. cap. 10. v. 16. cap. 22. v. 23. 24.* etc. Angeli quoque saepe memorantur in aliis veteris Testamenti libris, sicut & Christus in Evangelio praesertim *Matth. 18. v. 18.* dicit: *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei qui in Caelis est.* quod & Paulus, & ceteri novi Testamenti Scriptores Sacri frequenter testantur; adeo ut S. Augustinus in *Psalm 103. Est Angelus* (inquit) *novimus ex fide, & multis apparuisse scriptum legitimus, & tenemus, nec inde dubitare fas nobis est.* Et S. Gregorius *homil. 34. in Evangelia.* Novem Angelorum ordines ex Sacra Scriptura lueviter ostendit.

XIII. Dicebant forte Sadducei, Pentateuchum Angelorum nomine non intelligere Spiritus, personas, aut substantias per se subsistentes. Sed inspirationes occultas, quibus quasi Dei nunciis, homines de Dei voluntate certiores facti fuerint. Sed inanis est haec evasio. Nam Pentateuchus, sicut & alii libri Sacri, de Angelis sic loquuntur, ut eos exhibeant ali-

quibus apparentes, in via comites, apud homines hospitantes, cum hominibus manducantes, beneficiis eos cumulantes, eos humana voce vocantes, quae omnia Personas subsistentes indicant, & sine manifesta violentia ad internas inspirationes, five mentis cogitationes trahi non possunt.

XIV. Dices tamen adhuc cum eisdem. Si Angeli vere sunt substantiae, ac Personae a Deo creatae, Moyses recentens Universi apparatus ejus creationem, eos, tamquam Universi partem praecipuam nominatè debuisse; cum ergo de his mentionem nullam fecerit, signum est, Moysen non existimasse, eos esse substantias subsistentes.

XV. Retorqueo primo infantiam. Si Moyses non existimasset, Angelos esse substantias a Deo creatas, nec debuisset, illos in suis libris exhibere, tamquam personas, loquentes, manducantes, hominibus comites se adiungentes: sed hoc praestitit, ut vidimus; ergo existimavit, eos esse substantias etc.

XVI. Respondeo ergo primo cum Div. Thom. *1. p. qu. 61. ar. 1. ad 1.* Quod secundum Div. August. *lib. 11. de Civ. Dei cap. 9. & 33.* Angeli non sunt praetermissi in illa prima rerum creatione, sed significanter nomine Caeli, aut etiam Lucis. Quod si vel praetermissi sunt, vel nominibus rerum corporalium significati. Hoc ideo fuit, quia Moyses rudi populo loquebatur, qui nudum capere poterat incorpoream naturam. Et, si eis fuisset expressum, aliquas res esse super omnem naturam corpoream, fuisset eis occasio idololatriae, ad quam prout erant. Et a qua Moyses eos praecipue revocare intendebat. Ita S. Thomas.

XVII. Haec responso immerito displicet Gonetio, & aliis, eo quod idem Moyses Angelorum postea saepe meminerit, & sic fuisse majus idololatriae periculum; cum enim non tradatur eorum creatio, rudi populo facile erat putare, quod non essent creati.

Etiam adverte debuisse, S. Thom. non simpliciter dicere, quod Angelorum creatio fit a Moysi praetermissa ne populo rudi daretur occasio idololatriae, sed dicere Angelos, vel fuisse praetermissos, vel nominibus rerum corporalium significatos, quia populus rudi, & nondum valens capere, quomodo posset dari natura, quae sit prorsus incorporea, & supra omne corpus, & sic creata, si Angelorum naturam Moyses expressisset in prima rerum creatione, non valuisse capere, quomodo essent creati, si non essent corporei. Quod periculum non fuit, est praetermissa eorum expressa creatio Angelos postea nominavit, quia, & semper eos declaravit tamquam unius veri Dei ministros, & eos semper sub corpore, & humana specie repraesentavit. Unde Judaeis populus, qui etiam res inanimas cultu idololatriae profectus fuit, est (Sadduceis exceptis) Angelos revera dari & veras esse substantias credidit, nunquam tamen legitur, divinum eis cultum exhibuisse.

XVIII. Hinc responso adest praefatio S. Joan. Chrysol. *hom. 2. in Genes. vide* (inquit) *quantum nostrae parvitas se accorporat. Nihil de insubstantibus creantibus asserit, neque dicit, in principio fecit Deus Angelos, vel Archangelos, sed simpliciter, nona remota haec nobis doctrina vixit parvitas. Quia enim Judaei loquebantur, qui tunc praesentibus verbis inhiabant, neque spiritualia quidquam anima concipere volebant, ut ex creaturis fabricarent mundi diftentes, adverte creatorem omnium, & quod in creaturis ipsis permaneret, & quiescerent. Nam cum ita loquitur, facta sunt, non intermiscuit, ex creaturis Deos facere, & divinum honorem sanctissimi verbi exhibere, in quam nam amantiam incidissent, nisi quia ipse eos accorporatione suis usus?*

XIX. Resp. Secundo. Ideo Moysen Angelorum non meminisse, quia sui instituti ratio id non postulat, propositum enim ipsi erat hujus tantum mundi aspectabilis originem aperire, quod indicat tota series rerum, quae in illis sex diebus facta sunt. Item quia ea sola volebat exprimere, quae in gratiam hominum, & eorum usus servire debebant. Cui responsioni faveat S. Hieronymus *Epist. 139. ad Cyprianum* (modo tom. 2. inter epistolas criticas pag. 694.) ubi de Moysi ait: *cu jus ore, creaturam mundi eorum duxerat, qua visibilia sunt, conditionem hominis, & omnia retro historia didicimus veritate, & D. Cyrillus lib. 2. contra Julianum scribit, Moysen Angelorum conditionem aliarumque subtilium rerum praetermissam narrationem: tum, ut homines, qui tunc erant, doctrina veritatis informaret, eosque ab errore, quo tenebantur abducere, ostendens illis, Caelum, Solem, Lunam, sidera, bestias, quae omnia ut Deos colebant, esse creaturas a summo opifice factas. Tum ab his, quae magis obvia, & eorum capiti magis accommodata sunt, sensum ad ea, quae abstrusiora sunt percipiendae praeparavit: An vero (inquit) puerorum Magister laudandum, qui se ad eorum caput manus ducens, nihil aliud abstrusiorum rerum scientiam, quam manus ducens, nihil aliud elaboratum principio, & inaccessi quaedammodo, aliter peritiam proponunt: Moysen vero illum sanctissimum, qui hoc tam egregie praestitit, non omni genere laudis profusum? Haec Cyrillus. Nihil ergo ex silentio Moysi contra existentiam Angelorum concluditur.*

XX. Quare observandum est, quod populus Hebraicus valde proclivis erat ad colendas res corporeas, & sensibiles, ideoque expedivide, ut ipsi declararetur, eas omnes a Deo fuisse creatas, ac per consequens non esse Deos; ad colendas vero spirituales creaturas, upote ignotas, non sic erant prout, & ideo opus non fuit, ut Angelorum creatio eis exprimeretur; sed satis fuit ut sub Caelo comprehenderentur, quodque posset, ut Ministrorum Dei, mentio ipsorum fieret. De hoc dicitur alterius Saeducei nomen Angeli ex dictis non esse

esse nomen alicujus substantiae, sed locum Officii, quare a Christo *Matth. 11. ver. 10.* Jo: Baptista dicitur esse ille, qui Malachie *3. ver. 1.* dicitur fuerat Angelus: *Ecce ego misit Angelum meum. Ergo &c.*

Respondetur tamen, aliud esse id, a quo nomen imponitur, aliud, ad quod significandum est impositum. Nam nomen *Lapis* a laedendo pedem fuit impositum, & tamen lapis significatur per illud nomen substantia quaedam est. Sic Angelus a nunciando dicitur & ab officio *Angelus* vocatur, res tamen, quae tali officio deputatur, & tali nomen significatur, substantia, & Persona quaedam est. Nam etiam *Orator*, *legatus* in humana nomina officia sunt; non hinc tamen colligitur, eum qui tale officium exerceat *Angelus* eo modo, quo ibi ver. 13. dicitur *Elias*, sicut autem *Angelus* dicitur officio, & spiritu, non Persona. Sicut autem *Angelus* dicitur officio, & spiritu, non Persona. Porro sicut ex hoc non inferitur, quod *Elias* vere non fuerit particularis Persona: ita nec inferri potest, quod non fuerit Angelus, qui substantia, & Persona, & non tantum officio, Angeli sint.

DUBIUM II.

Qua tempore & loco Angeli creati sint.

S. I.

Angeli sunt creati, non tamen ab aeterno.

I. Fide certum est, Angelos dari, & existere, atque a Deo creatos fuisse, ut ex dub. praeced. apparet. Et non tantum bonos, sed eos etiam, qui mali facti sunt. Unde Concilium Lateranense IV. cap. 1. *Deus* (inquit) *simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritivalem, & corporalem. Angelicam videlicet, & mundaniam: & de Angelis malis, sive Demonibus subdit: Diabolus enim, & Demones alii, a Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali.*

II. Hoc Scriptura aperte testatur. Quamvis enim Moyses in generali rerum conditione, productionis Angelorum expressio non meminerit ob rationes adductas S. 2. praeced. dubii, alibi eos a Deo factos, & creatos aperte pronuntiat, ut *Psalm. 148.* ubi postquam dicitur: *Laudate eum omnes Angeli ejus, subditur ver. 5. Quia ipse dixit, & facta sunt: in Caelis, & in terra, visibilia, & invisibilia, sive Throni, sive Dominaciones, sive Principatus, sive Potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt.*

III. Haec veritatem probat Div. Thom. *1. par. qu. 61. art. 1.* Quia Angeli sunt entia per participationem; ergo facti sunt ab eo, qui est ens per essentiam, id est a Deo: Omne enim, quod est per participationem tale in aliquo genere, causatur ab eo, quod est per essentiam tale in illo genere, sicut quod est per participationem calidum, fit calidum ab eo, quod est calidum per essentiam.

IV. Confirmatur. Cum Angeli sint, vel a se ipsis facti, vel ab alio: non a se ipsis facti, quia cum non sint ipsum esse, a se ipsis nihil sunt; nihil autem agere non potest, & nihil potest esse causa sui, alias esset, antequam esset. Si ergo sunt ab alio, vel sunt a Deo, vel ab alia creatura: non sunt ab alia creatura; tum quia de hac quærit deberet, a quo essent; Tum quia si ab alia creatura essent, maxime ab alio Angelis, fieri hoc esset ab homine: & hoc non. Quia vel essent ab eo per generationem externam, & hoc minime, quia Angelus non generat Angelum: hoc enim corporum corruptibilitatem proprium est. Vel per generationem internam: & hoc minime. Nam solius Dei Patris prerogativa est, quod generatione interna, & intellectuali producat terminum substantialem sibi similem in natura.

V. Certum etiam suppono, Angelos non fuisse a Deo creatos ab aeterno. Tum quia ex dictis *Tract. praec. qu. 2. dub. 1. S. 2.* nihil creatum fuit ab aeterno, ut oppositum fit hereticum cum contrarium fit definitum in Concilio Lateranensi IV. cap. 1. *firmius ibi dicitur: Deus sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam spiritivalem, & corporalem.* Tum quia textibus Scripturarum loco allato videtur ibi dicta.

Quanto igitur est, an supposito, quod Angeli fuerint a Deo creati, & non ab aeterno, fuerint creati ante mundum hunc corporeum, an vero simul cum hoc mundo corporeo, & an in Caelo Empyreo, an alibi.

S. II.

Resolvitur de tempore creationis Angelorum.

VI. Deo primo. Angeli non sunt creati ante mundum hunc corporeum, & visibilem, sed simul cum eo. Contrarium sentiant multi veterum Patrum, praesertim Gregoriorum, amplius sunt: nostra tamen assertio stabilita videtur in Concilio Lateranensi IV. cap. 1. *firmius citato*, ubi dicitur, quod Deus ab initio temporis simul utramque de nihilo condi-

dit creaturam, spiritivalem, & corporalem. Angelicam videlicet, & mundaniam; Si ergo simul utramque naturam ex nihilo Deus condidit, non ante condidit Angelicam, deinde mundaniam. Ita sentit Div. Thom. *1. p. qu. 61. art. 3.* quem omnes Theologi Catholici sequuntur.

VII. Probat primo ex Scriptura *Gen. 1. in principio creavit Deus Caelum, & terram.* Ubi *in principio*, idem sonat ac *primam omnium*, seu *ante omnia*. Sic Div. August. *lib. 11. de Civ. Dei cap. 6.* dicens: *Porro si littera Sacra, maximeque verbae in dicitur, in principio fecisse Deum Caelum, & terram, ut nihil antea fecisse intelligatur, quia hoc potius in principio fecisse dixerunt, si quis fasset ante aeterna cuncta, quae fecit.*

Verum quia *in principio* usurpat etiam pro eodem, & *in illo* & insuper dici potest, Moysen tunc de rerum corporalium sola productione fuisse locutum. Quam expositionem idem Sanctus Augustinus ibidem cap. 32. non improbat, & ideo cuique liberum relinquit circa tempus productionis Angelorum, ut libenter opinari, propterea.

VIII. Probat secundo ex *cap. 20. Exodi ver. 11. Sex diebus fecit Dominus Caelum, & terram, & maria, & omnia, quae in eis sunt; ergo cum haec postrema verba complectantur omnia, quae sive in Caelo, sive in terra sunt, & Angeli in Caelis sint, & eorum aliqui in terra, credendum est Angelos illorum sex dierum spatio fuisse creatos.*

IX. Congruentia, quam asserit Div. Thom. *hoc qu. 61. art. 3.* hoc etiam fuisse. Nam Deus statim produxit hoc Universum perfectum, & constans omnibus partibus, quibus naturaliter coalescit, sed Angeli sunt partes, quibus praecipue, & naturaliter hoc Universum constat; creaturarum enim Universitas ex spiritualibus, & corporalibus integratur, neque creaturæ spiritivales unum per se Universum, sive mundum constituent, diversum a mundo, seu Universo creaturarum corporalium; ergo cum creaturis corporalibus, non ante, fuerint Angeli producti. Maj. probatur: Hoc enim convenientissimum est, tum ex parte Dei, cujus perfecta sunt opera, & cujus non est successiva operatio; sicut enim singulas Universi partes in esse perfecta produxit, ita & totum ipsum Universum, quod licet in suo esse absolute perfectus sit, in ratione tamen partis Universalis, ad quod per se ordinatur, perfectus illi esse factum fuisse cum toto Universo, quam ante Universum.

X. Hinc patet, hanc Div. Thomae congruentiam immerito ab aliquibus repui, quia, inquit, Angeli non sunt partes Universalis, nisi quia ipsum movent, regunt, & administrant; quod autem hoc modo habet rationem partis, extra totum perfectionem suam habet, ut patet in Gubernatore Navis, & Duce Exercitus.

Nam, nec Gubernator Navis, nec Dux Exercitus sunt pars se, & ex natura sua partes, ille Navis, iste Exercitus: si enim in se, ut homines sunt, considerentur, nullum ordinem dicunt, neque ad Navem gubernandam, neque ad Exercitum regendum, ideoque tali ordine in se perfecti sunt: At Angelus, & quilibet creatura per se, & naturaliter est pars Universalis, & propterea perfectus illi est una cum toto, quam ex tra totum producit. Videtur D. Thomas in *2. 2. dist. 2. qu. 1. art. 3. & qu. 3. de potentia ar. 18.* ubi ait: *Angeli enim non solum sunt considerandi absolute, sed etiam in quantum sunt pars Universalis. Et hoc consideratio eorum in tantum est magis attendenda, in quantum hominum Universi praesentibus bono custodit creatura particularis, sicut bonum totius praesentibus bono partis. Secundum autem, quod considerantur Angeli, ut partes Universalis, comparatio eorum simul cum creatura corporali sine conditi. Unus enim totus una videtur esse productus, si autem scilicet essent Angeli creati, viderentur omnino aliter ab ordine creaturae corporalis, quasi alia Universum per se considerentur. Unde attendendum est, quod Angeli simul cum creatura corporali sunt conditi, tamen sine alicujus opinionis prejudicio.*

XI. Hoc idem testatur ex Patribus Graecis Epiphanius *Heret. 65. nu. 4. & 5.* Illud enim (inquit) sermo divinus declarat, neque post sidera produxit Angelos, neque ante Caelum, terram, quo constituitur. Quod probat ex cap. 1. Gen. dicens: *Quoniam in principio creavit Deus Caelum, & terram, ut illud sic creandi principium, ante quod creatio ex rebus omnino nulla fuerit.* Consentit Theodoretus *qu. 3. in Genes.* ubi huic sibi propositae quaestioni: *Præcedunt Angeli creationem Caeli, & terrae, an uno cum eis creati sunt?* Respondet, creatos non esse ante mundum corporeum (est non satis probanda utatur ratione) tum quod Caelo circumscripti sunt; tum quia; cum ad hominum tutelam destinati sint, inutilis fuisset ante mundi creationem eorum productio. *Quo ministerio* (inquit *qu. 4.*) *fungentur Angeli, qui creationem praecedebant, cum nullus esset, qui indigeret, ut adjuvaretur eorum opera?* Refertur quoque Procopius, qui praesertim in *Genes. dicit*, Moysen nomine Caeli Angelos comprehendisse ponendo consensens pro contentis.

XII. Ex Latinis hoc expresse docuit S. Augustinus pluribus in locis, praecipue *lib. 11. de Civ. Dei cap. 9.* dicens: *Ubi de mundi configuratione sacra litterae loquuntur, non videntur dicere, utrum, vel quo ordine creati sunt Angeli. Sed si praetermissi non sunt, vel Caeli nomine ubi dictum est, in principio fecit Deus Caelum, & terram, vel potius lucis hujus, de qua loquitur, significati sunt. Idem docet citato loco cap. 6. lib. de Genes. in perfecta cap. 3. Scalibi, cui adiungere poteris S. Gregorium *lib. 32. moral. cap. 9. nu. 12.* Bedam in *Hexaem.* dicentem, in principio cum Caelo, & terra conditos fuisse Angelos, & ideo Moysen de terra dixisse in principio fuisse inanimas, & vacuam, quia fructibus, & habitatoribus crearet; non autem dixisse hoc de Caelo, quia mox creatum, suis incolis, hoc est beatissimis Angelorum spiritibus repletum, est. Unde subdit*

Moy-



Moyſes. *Proſecti ſunt Cali*; & omnia ornatus eorum, quippe debitos incolas habentes.

XIII. Colligitur primo ex dictis, non fuiſſe creatos poſt mundi huius corpore completam conditionem. Quis porro inquit S. Auguſtini lib. 11. de Civit. Dei cap. 9.) *auderet epinari, poſt omnia iſta, quæ ſex diebus enumerata ſunt, Angelos factos? Sed eſt quiſquam in a deſpici, reſarguit iſtam uarietatem illa ſcriptura pariter auctoritatis, ubi Deus dicit (Job 38. ver. 7. ſecundum lax.)* Quando facta ſunt ſydera, laudaverunt me voce magna Angeli mei. Jam ergo erat Angeli, quando facta ſunt ſydera. Entha ſunt autem quarto die &c. inde probat, eos nec tertio, nec ſecundo factos fuiſſe, ſed prima die, quando facta eſt lux.

XIV. Colligitur ſecundo ex his Auguſtini verbis, Angelos prima die fuiſſe creatos, quando ſuit creatum Cælum, aut ſuit creatum lux, hæc inſtituit Concilium Lateran. IV. cap. 1. citato eum ait: *Deus ſimul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem, & corporalem, angelicam videlicet, & mundanam, & Job cap. 38. ver. 7. laudato, ubi ſecundum Vulgatam legitur, quod quando Deus ponebat fundamenta terre, & baſes ejus ſolidabat, laudabant eum aſtra maritima, id eſt omnes Angeli Dei, ut in Hebræo; ſeu Turma Angeli ut in Chaldaico; ergo ſive Deum ponentem fundamenta terre, & ſoliditatem baſes ejus intelligit Deum terſum primo creatum, quod primo die fecit, ſive terram in montes erigentes, & deprimentem in valles, tunc enim in centro gravitatis, quod nunc habet conſtituta eſt; Angeli producti, Deumque laudantes intelliguntur.*

S. III.

Fundamenta creaturæ.

XV. Contrarie ſententiæ fundamentum dant Patres Græci, & Latini. Ex Græcis primo, Nazianzenus orat. 38. ubi deſcripta creatione Angelorum, ſubdit: *Poſteaquam autem prima creatio pars (mundi nempe intelligibilis) præclare conſtituta vidit, alterum mundum materiam conſtituit, & ad ſpectabilem egreſſus, hinc nimirum ex Cælo, & terra, & his rebus, quæ eorum complexa continentur &c. quod reſpici orat. 22. Nazianzenum laudit, & ſequitur Damascenus lib. 2. orthod. ſch. cap. 3. apud Div. Thom. 1. 2. q. 61. ar. 3. in primo argum. mento dicentem: *Quidam dicunt, quod ante omnem creationem generi ſunt Angeli, ut Theologus dicit Gregorius: Primum quidem conſtituitur angelicus virtutes, & celeſtes; & excoſtitutio operis ſui.**

S. Baſilius homil. 1. in Hexæmer. Erat inquit ſtatim quidam mundi oris antiquior, celeſtibus Preſentibus conveniens. Dein de expoliſta creatione Angelorum ſubdit: *Tum demum operatus, & hunc mundum rebus jam exſtantibus adjuvanti &c. pro eodem referunt Origenes hom. 1. in Gen. & homil. 10. in Matih. Chryſoſt. lib. 1. ad Stagirium, Severianus Gabalitanus orat. 4. de mundi epiph. Anathasius Sinaita lib. 6. in Hexæmeron.*

Ex Latinis in eadem ſententia verſantur S. Ambroſius lib. 1. in Hexæmer. cap. 5. dicens: *Angeli, Dominatores, & Preſbiteri, eſt aliquando exortus, omnes tamen jam, quando hic mundus eſt factus. Et Peſſ. in Pſalmos: *Anie* inquit iſtam initium mundi Cherybin, & Cherubim cum ſauvitate canore vocis ſus dicunt Sanctus, Sanctus, Sanctus. Subſcribit Hilarius lib. 1. contr. Arianos. Hieronymus in cap. 1. epiſt. ad Titum, ſic dicens: *Sex milia me dum uſtri Orbis imperare anni, & quantas prius exortitas, quanta tempora fuiſſe uſtrorum eſt, in quibus Angeli, Throni, Dominatores, caterique Virtutes ſeruantur Deo, & aliquo temporum uicibus, atque maſtari Deo jubente ſubſiſterent?* Hieronymo adhæret Beda lib. quaſtionum quaſt. 9. dicens *Angeli ante creationem mundi creati ſunt.**

Ex his ergo argui poteſt ſic. Illa ſententia eſt probabilior, cui ſere omnes, vel ſaltem major pars Patrum ſubſcribit: ſed Patres ſere omnes, vel ſaltem major eorum pars, ſentit, Angelos fuiſſe creatos ante mundum corporeum; ergo &c. Min. probatur ex allatis eorum auctoritatibus; quantum enim ad Græcos S. Thom. hæc qu. 61. ar. 3. ad 1. dicit, quod omnes hoc concorditer ſentunt, quod Angeli ſunt ante mundum corporeum creati. Et quantum ad Latinos major pars in hoc conſpirat, Auguſtino, aliſque paucis exceptis.

XVI. Reſpondeo, non ſemper majorem partem Veterum reddere opinionem probabilioſam; ſed ulterius requirit, ut ſubſequentium ſæculorum conſenſione firmetur, & Eccleſiæ mens in eam propendat; alioquin, cum omnes ſere Veteres maxime Græci in eam opinionem iverint, que Regnum Militemarium ſtatuit, & eam, que animas juſtorum nonniſi poſt univerſalem reſurrectionem Deum viſuras aſſerit, debent reſpectari tamquam probabiliores. Cum ergo Auguſtus fuiſſe creatos ante mundum corporeum, nulli quidem Græcorum ſententia, non tamen omnes (nam Epiphanius, & Theodoretum oppoſitum tenuiſſe ſuperius oſtendimus) & Latinorum etiam aliqui eidem aſſerunt; & rursus poſt Auguſtini tempora contraria opinio prevaluerit, & eſt, tanquam verior; Eccleſia in Concilio Lateranenſi IV. citato adheſerit, dum ait, Deum ſimul ab initio temporis utramque ex nihilo condidit naturam, ſpiritualem, & corporalem, angelicam, & mundanam; ideo hæc, ut probabilior amplectenda eſt: Quomodo autem non gerere debeamus circa Patres, diximus ſupra Tom. 1. qu. de Locis Theolog. dub. 6.

Quod vero Div. Thom. dicit, Græcos concorditer ſenſiſſe, Angelos conditos ante mundum corporeum, non eſt accipiendum univerſaliter, & diſtributive; ſed pro majori parte; hoc autem damus, vel ſaltem omnimodis: poſſent enim aliqua expoſitione eorum dicta temperari.

XVII. Sed dices. Ea opinio probabilior eſt, cui aptius ſuadet Scriptura; ſed opinioni Græcorum aptius ſuadet Scriptura Job 38. ver. 7. Ubi oras, quando ponent fundamenta terre... cum me laudarent ſimul aſtra maritima, & jubilarent omnes filii Dei, Quibus Angeli, per aſtra maritima ſignificati, ſupponuntur jam eſſe, cum fundamenta terre poſita fuerint; ergo &c.

XVIII. Hæc non urget; nam hinc ſolum ſequitur, Angelos fuiſſe creatos ante formationem ſyderum, ſi cum Epiphaniio heret. 67. & Auguſtino lib. 11. de Civit. Dei cap. 9. ſecundum lxx. legamus, quando facta ſunt ſydera, laudaverunt me voce magna Angeli Dei: formatio autem ſyderum facta quarta die, vel ante formationem, vel ſolidationem terre, que legitur facta tertia die. Utroque modo Angeli, qui prima die cum Cælo creati ſunt, præceſſerunt. Unde Div. Gregorius lib. 25. Moral. cap. 7. nunc 14. *Quis inquit* prima in tempore condita natura rationaliſimum ſpiritualem creaturam, non immerito maxime aſtra Angeli vocantur. Quod ſi ita eſt, dum terra eſt inſubſiſtibilis, & incompoſita, dum terra eſt ſuper abyſſum, venturum diem ſubſequentis ſæculi per lucem ſapientia exortenda præventuræ. Quod ſi velimus, ſydera, & terram hæc ſimul pro prima creatione, quam ſupra diximus contigit prima die, non vero ornati, qui quarta, & tertia die legitur factus, tunc Angelos præceſſiſſe ſydera, & terram, non duratione, ſed natura dicendum eſt.

XIX. Neque iterum dicas, Job 40. ver. 40. Behemoth, id eſt Diabolum, dicitur principium viarum Dei.

Nam reſponsum, nomine Behemoth litteraliter ſumit, non Diabolum, ſed Elephantem; ver. 10. dicitur: *ecce Behemoth, quem fecit tecum, ſumum quaſi bis comeder, fortitudo ejus in lumbis ejus &c.* qui ideo dicitur principium viarum Dei, quia inter terreſtria animalia præcipuum eſt. Quod ſi de Diabolo, qui Lucifer intelligitur, dicitur principium viarum Dei; non quia duratione præcedat, ſed dignitate, & excellentia. Ita S. Gregorius lib. 32. Moral. cap. 18. modo 33. *Principium viarum Dei Behemoth dicitur, quia nimirum, cum cunctis creaturis ageret, hunc primum condidit, quem reliquis Angelis eminentiorem fecit. De hoc videtur Div. Thom. in cap. 40. Job lect. 2. Hæc pro veritate dicti ſunt. Caterum.*

XX. Reſp. ſecundo ad argumentum principale, prænaratas auctoritates Patrum, Angelos fuiſſe creatos ante mundum corporeum opinantium; ſolum evincere, noſtram ſententiam non eſſe dogma fidei, & contrariam non eſſe hæreticam, vel aliquid dogma fidei, & contrariam enim hæc tenent non eſſe demoſtratum, nec ſic expreſſum, ait Div. Thom. in 2. ſen. diſt. 2. qu. 1. ar. 3. qu. 3. de potentia ar. 18. & hæc qu. 61. ar. 3. ubi, ſtabilita ſua opinione ſubjungit: *Quantum contrarium non ſi reputandum errorum. Præcipue propter ſententiam Gregorii Nazianzeni, cujus tanta eſt in diſtinctione Chriſtiana auctoritas, ut nullus unquam ejus ſententia calamitiam inferre præſumpſerit, ſicut ne Athanaſii documenta, ut Hieronymus.*

Quod hinc reſponſioni obſtare poteſt, eſt Concilium Lateranenſe IV. sæpe laudatum, quod definiſſe videtur, Angelos ſimul ab initio temporis cum creatura corporali conditos fuiſſe. Porro eſt illa particula ſimul non ſemper indicat ſimultaneitatem temporis, ſed aliquando idem ſonem, ac ſimilitudinem tenet, ſicut enim, dum dicitur Pſal. 48. ver. 11. *ſimul inſpiciens, & ſultus peribunt*, ſenſus ſit, quod ſimilitur, idem eodem genere moris, licet non eodem tempore, uterque peribit; ita dici poſſet, Angelos, & naturam corpoream ſimul idem ſimilitur eodem genere conditionis nempe ex nihilo, quavis non eodem tempore conditos fuiſſe, atamen ſimul conjunctum cum ly ad initio temporis nimirum aperte indicat, de ſimultate temporis Concilium loquitur maxime quia ſtatim ſubjungit, *quod dicitur humanam*, quod certe poſterioritatem temporis ſignat, qui homo poſtea, nempe ſexta die, conditus fuit.

XXI. Verum hæc fatis acta meditatio, noſtram quidem, & communem ſententiam eſt probabilioſam, & menti Concilii, immo & Scripture magis conformem oſtendit, ad contrarium proinde omni probabilitate non exiit: nam poſſet quis reſpondere primo, Concilium, eſſe loquatur de ſimultate temporis, non loqui tamen de ſimultate phyſica, ſed morali; que quædam patitur latitudinem, eſt ferme ratione, que res que eodem die, vel menſe, vel etiam eodem anno factæ ſunt, ſimul factæ plerumque dicuntur. — Secundo eſt Concilium loquatur de ſimultate etiam phyſica, hanc tamen non propoſuiſſe, tanquam rem definitam, ſed tanquam ſententiam probabilioſam, ut enim in Tractatu de Locis Theolog. agentes de Conciliis obſervavimus, non omnia, que in Conciliis dicuntur, pro definitis habenda ſunt; alias Div. Thomas, qui poſt Concilium ſcripſit, contrariam ſententiam a nota erroris immunem non pronuntiavit.

Tertio quia mens Concilii non fuit damnare Patrum Græcorum ſententiam, ſed errores varios, qui circa mundi creationem, ſive a Philoſophis, ſive ab hæreticis maxime Manicheis, & præſertim ab Origene prodire. Hoc Div. Thomas oſtendit Opulc. 23. quod ſuper laudatum caput Lateranenſis debet. Ubi exponens illa verba ſimul ab initio temporis &c. ait: *Alius ſuit error Origeneſis ponentis, quod Deus a principio creavit ſolus ſpirituales creaturas, & poſtea quaſiſſimam earum partem creavit corporales, quibus quaſi quaſiſſimam virtutem ſpiritualem ſubſtantia alioquin non eſt, ſed corporales creaturæ non ſunt ex principio inventionis Dei productæ, quia bonum eſt, et eſſe ſed ſolum ad puniendum peccatum ſpiritualem creaturam. Cum tamen dicitur Greg. 1. vidit Deus cuncta que fecerat, & erant valde bona. Unde ad hoc excludendum dicit, ſimul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem, & corporalem, angelicam videlicet, & mundanam.*

Hæc Div. Thom. Que in gratiam Antiquorum ſatis, firmatam nobis ſententiæ nihil detrahendum.

XXII. Obicit ſecundo. Si Angeli creati eſſent cum mundo corporeo, creationis illorum mentionem aliquam feciſſet Moyſes: at nullam mentionem illorum fecit, cum de creatione mundi corporei ſermonem faceret in ergo &c. Maj. prob. qui eſt argum. negatio non bene concluditur, ſi necesse non ſit rem aliquam expreſſim, ſecutamen ſi necesse ſit ad exactam rerum narrationem necesse ſit etiam Angelos ad exactam rerum narrationem necesse ſit etiam Angelos reſpondere; vel Angeli cum mundo corporeo creati non ſunt, vel Moyſes non ſatis accuratus ſcriptor, ſed diminiuus.

XXIII. Huic objectioni reſponſum eſt dub. præced. §. 2. a num. 14. Vel Angelorum creationem non fuiſſe a Moyſe prætermiſſam, ſed indicatam nomine Cali, ut Luci: Vel rationabiliter omiſſam, quia ſolius mundi huius adſpectabilis conditionem expandere in animo habuit. Videatur propterea ſibi dicta. Utramque reſponſionem dicit Sanctus Thomas q. 3. ad pot. art. 18. ad 4. *Ad quartum inquit* dicendum, quod ſicut Baſilius dicit in primo Hexæmer. Moyſes Legislator in principio Geneſis exordium viſibilem creaturæ incipit exponere, prætermiſſa creatura ſpiritualem, que ante fuerat condita (prioritate tamen nature, non temporis) de qua mentionem non fecit, quin rudi populo loqueretur, qui ad ſpiritualem capiendam idoneus non erat. Secundum Auguſtinum vero, creaturam ſpiritualem per Cælum intelligit, ſicut per terram creaturam corporalem, cum dicit: In principio creavit Deus Cælum, & terram. Quare autem ſub metaphora Cali, & non expreſſo creationem Angelorum tradidit, poteſt eandem ratio aſſignari, que & ſupra, ſcilicet ex populi ruditate, & iterum ad videndum Idololatram, in quam prout erant: ad quam daretur eis occaſio, ſi plures ſubſtantia ſpirituales generaretur præter unum Deum, que eſſent Cælo nobilioris, & præcipue cum huiusmodi ſubſtantia & Genitibus Dei diceretur. Secundum vero Hieronymum, & alios prior, per Cælum, quod in auctoritate inducta ponitur, intelligitur Cælum Emphyreum, quod eſt habitaculum Sanctorum Angelorum, Metonymia (per Metonymiam) ſicut quando ponitur corinthios pro concilio. Hæc Div. Thom.

XXIV. Obicit tertio. Non minus requiritur ordo in exitu rerum a principio, quam in reductione eorum in finem; ſed in reducendo res in finem hæc eſt lex divinitus ſtatuta, ut Dionyſius dicit, quod ultima reducatur in finem per media; ergo ſimiliter creatura corporales, que ſunt inſima procedunt a Deo per angelicas creaturas, que ſunt media: & ſic Angeli corporales creaturæ præcedunt ſicut cauſa effectum.

XXV. Urgetur. Creatura angelica media eſt inter naturam divinam, & corpoream, ævum etiam, quod eſt Angeli natura, medium eſt inter æternitatem, & tempus; ſed Deus ſua æternitate fecit Angelos, & viſibilem creaturam; ergo & Angeli quo ævo fuerunt ante mundum viſibilem.

XXVI. Reſpondeo cum D. Thom. cuius eſt hoc argumentum qu. 3. pot. art. 18. ad 15. *Quod res in finem operantur per ſuam operationem, non autem producantur in eſſe per ſuam operationem, ſed ſolum per operationem cauſæ operantis. Unde magis eſt conveniens, quod creatura ſuperiores operentur Deo in reducendo creaturas inferiores in finem, quam in eorum productione. Hæc doctrina ſupponit, omnia fuiſſe immediate a ſolo Deo primo creatæ, quod ſuperius oſtendimus Tractatu de Deo Creatore quaſt. 1. Dub. 3. creationi autem nulla creatura cooperari poteſt.*

Ad id, quod urgetur reſpondeo cum eodem S. Thom. ad 19. *Quod Deus eſt cauſa natura angelica: non autem natura angelica cauſa eſt natura corporalis: & ideo non eſt ſimile. Si dices, quod eſt natura angelica non ſit cauſa, eſt tamen movens naturam corporealem, motor autem præcedit mobile. Reſpondetur cum eodem S. D. ibi ad 21. Quod motor non de neceſſitate præcedit tempore mobile, ſed dignitate, ſicut patet in anima, & corpore.*

S. IV.

De loco, in quo creati ſunt Angeli.

XXVII. Dico ſecundo. Probabilis eſt, Angelos creatos eſſe in Cælo Emphyreo, ſeu in ſupremo corpore, quocumque nomine nuncietur: Ita D. Thom. hæc qu. 61. ar. 4. & alibi. Et quidem rationabiliter. Decuit enim, ut inter creaturas ſupremæ, in ſupremo corpore, vel in loco ſibi proprio crearentur. Quamvis enim Angeli a corpore, vel loco non dependent, ad creaturam tamen corporealem aliquem ordinem habent, tanquam totæ nature corporalis præſidentibus; ergo dicit, ut in loco nobiliſſimo, atque inter omnia ſupremo conſiderentur. Tum enim convenienter ſunt, ut Angeli crearentur in eo loco, qui congruentior erat eorum operationi, que eſt contemplatio, huic autem congruentius erat Cælum Emphyreum ſeu corpus inter omnia ſupremum; ergo &c. Hæc ratio ſentitur S. Thom. in 2. diſt. 6. q. 3. ar. 3. Nam Cælum Emphyreum eſt lucidum, immobile, & fedes Beatorum.

XXVIII. Secundo probatur. In eo loco omnes Angeli creati ſunt, unde Angeli prævaricatores ececidit, ac deſecti ſunt: ſed hi deſecti ſunt ex Cælo Emphyreo: unde Lucæ 10. v. 18. videtur Satanam ſent. fulgur de Cælo ecedentem, cui conſtat illud Iſaiæ 14. v. 12. *Quomodo ececidit de Cælo Lucifer? qui de Cælo ſupremo intelligit Auguſtini lib. 11. de Civit. Dei cap. 33. vocans illud Cælum Cælorum; diſtinguens enim ſocietatem bonorum Angelorum a ſocietate malorum: illam inquit in Cælo Cælorum habitantem; iſtam idem (e Cælis Cælorum) deſectam; fuerunt ergo Angeli omnes in Cælis*

Cælorum, hoc eſt in ſupremo Cælo, ut in proprio domicilio conditi, & ex ipſo Angeli prævaricatores deſecti. Nec enim in hoc faciendum eſt diſcrimen malorum Angelorum a bonis; cum enim omnes ſint creati boni, non appareatio, cur deſecti loco fuerint ante peccatum.

XXIX. Sed dices primo. In eo loco creati non fuerunt Angeli, ad quem mali amblerunt aſcendere; ſed hi amblerunt aſcendere ad Cælum ſuperius, iuxta illud Iſaiæ 14. v. 13. *In Cælum conſideram* ſuper aſtra Dei exultabo ſolum meum; ergo mali fuerunt conditi in Cælo ſydera inferiori ad Emphyreum.

Urgetur hoc. Quis enim dicit Diabolum fuiſſe unquam in Cælo, quod Beatorum fedes eſt, & quod in illo peccaverit? Dicendum ergo poteſt, quod ſicut homo non fuit creatus in Paradifo terreſtri; ſed extra illum, & poſtea in illum tranſlatuſ: ita Angeli non fuerunt creati in loco proprio ſue beatitudinis, ſed extra illum, ut poſtea iuxta ſua merita in ipſum tranſferrentur. Ita Suarez, & poſt ipſum Fraſſen, qui in Cælo ſydere Angelos fuiſſe conditos opinatur.

XXX. Reſp. Nego min. intelledum de Cælo ſuperiori corporeo. Ad locum vero Iſaiæ dico primo, verba illa non eſſe Angeli prævaricatoris, ſed ad litteram Regis Babylonis, qui eo ſuperbie devenit; ut quavis in Cælum proprie volare nollet, ſummum tamen maſtaſti thronum, ac divinitus honores, quibus Deus in Cælo colitur, ambiret. Ita S. Hieron. lib. 5. in cap. 14. Iſaiæ dicens: *nec ſuffecerat eſt* (Nabuchodonofori) deſiderare Cæleſtia (id eſt federe in Monte Teſtamenti, id eſt in Templo, ubi Dei jura ſunt condita, & in lateribus Aquilonis, id eſt in Jeruſalem) niſi ad tantum prorupiſſet inſtantiam, ut Dei ſibi ſimilitudinem videretur.

Verum, qui non eſt dubium, quin Rex Babylonis inducatur, ut gerens figuram Luciferi, ſeu Diaboli; Dico ſecundo cum D. Th. hæc qu. 61. ar. 4. ad 2. *quod dum Lucifer aſcendit, aſcendit in Cælum, loquitur tibi non de Cælo aliquo corpore; ſed de Cælo Sancti Trinitatis, in quo Angeli peccata aſcendit vultuſ: dum voluit aliquo modo Deo equiparari.* Unde, & ſubdit ſimilis ero Altiffimo.

XXXI. Sed replicabis, D. Hieronymus lib. 6. in diſt. cap. 14. Iſaiæ ad illa verba: *In Cælum aſcendam*, ait, ſi ad huc in Cælo poſſent, quomodo dicit, aſcendam in Cælum? Cui interrogatio reſpondet. Sed quia legitime Cælum Cali Dominio, cum eſſe in Cælo, id eſt in Firmamento, in Cælo, ubi ſolum Domini eſt, cupiebat aſcendere. Firmamentum autem eſt Cælum ſydereum, non Emphyreum.

Reſpondeo, S. Hieronymum Firmamenti nomine intelligere ſupremum Cælum corporeum, ſupra quod eſt Cælum, quod eſt Thronus Dei, ad quod aſcendere conabatur per ſuperbiam. Hanc autem eſt Hieronymi mentem colligo ex iſt, que antea dixerat in perſona Chriſti, dicens ad diſcipulos nomina veſtra ſcripta ſunt in Cælo; quibus addit: *Ut unde ille ececidit per ſuperbiam, ut aſcendat per humilitatem.* Ut ad humilitatem aſcendamus non ad Cælum ſydereum tantum, ſed Emphyreum; ergo Lucifer non ex Cælo ſydereo tantum ececidit, ſed ex Emphyreo. Quod ex eo magis comprobatur. Nam Angeli, ut dictum eſt, creati fuerunt primo die: Firmamentum autem quomodocumque ſumatur ſolum quarto die factum fuit, ergo Cælum, in quo creati ſunt Angeli non fuit Firmamentum proprie ſumptum.

XXXIII. Neque offeſit id, quod urgetur. Si enim in Paradifo peccavit homo; cur eſt in Emphyreo, nondum tamen beatus, aut in gratia confirmatus non potuit peccare Angelus? Nec enim peccato ſpirituſi Angeli labem ullam contrahere potuit Emphyreum, quod eſt corporeum. Immo ad beatitudinem inſtructionem, & humilitatem hoc fuit inquit S. Bernardus ſerm. de ligno, foeno, & ſtipula, modo ſerm. 30. de diverſis: *Nuſquam eſt ſecuritas, Fratres, neque in Cælo, neque in Paradifo, multo minus in mundo. In Cælo enim ececidit Angelus ſua præſentia divinitatis; Adam in Paradifo de loco voluſtratis: Judas in mundo in ſchola Salvatoris.*

Ad id, quod additur de Homine, reſpondeo cum D. Thom. 1. 2. q. 102. ar. 4. in corp. diſcrimen eſſe, quod Paradifo ſunt loci congeneri habitationi humane, quantum ad incorruptum primi ſtatus. Incorruptus autem illa non erat hominis ſecundum naturam, ſed ex ſupernaturali Dei dono. Ut ergo hoc gratia Dei imputaretur, non humane nature, Deus hominem extra Paradifo ſum fecit, & poſtea ipſum in Paradifo poſuit. At Cælum Emphyreum (inquit ibi ad 1.) eſt locus congener Angelis, quantum ad eorum naturam; & ideo ibi ſunt creati.

XXXIV. Dices ſecundo. In eo Cælo ut in loco creati ſunt Angeli, in quo aliqui operationem operari ceperunt, cum Angelus ſit in loco per operationem aliquem ordinem habentem; ſed Angeli in Cælo Emphyreo nihil operari poterunt; non enim motum, ut in aliis Cælis, quia Cælum Emphyreum eſt immobile; ergo &c.

XXXV. Reſpondeo nego min. Angeli enim in Cælo Emphyreo creati ſtatim virtute ſua aliquid ad ornatum eſt contruſerunt. Quod vero hoc fuerit, incognitum eſt nobis, ſicut natura Cali Emphyrei incognita eſt. Probabile tamen eſt ad naturam qua Cælum Emphyreum fulget, eos concurrerit: unde ait D. Th. 1. diſt. 37. q. 3. art. 1. in corp. quod Angelus in loco (cui non conferit eſſe, ſed aliquid ad eſſe ſuperadditum) in quantum operatur circa aliquod corpus leactum, vel motum, vel lumina, vel aliud huiusmodi. Sed de hoc ſermo reſtabit, cum de loco Angelorum agetur.

XXXV. Pro complemento adverteo cum D. Thom. hæc qu. 61. ar. 4. ad 2. non eſſe improbable, quod non omnes Angeli fuerint creati in Cælo Emphyreo; ſed aliqui, nempe inferiores, & ex iſis, qui peccaverunt, creati fuerint in corporibus inferis.



Inferioribus, & ita exponit dictum S. Augustini lib. 3. super Genes. ad lit. cap. 10. dicens: Angelos fuisse creatos in superioribus partibus aeris: ait enim quod Augustinus vel liquitur non de omnibus Angelis, sed de illis, qui peccaverunt, qui secundum quasdam fuerunt de inferioribus ordinibus. Nihil autem prohibet dicere, quod superiores Angeli habentes virtutem elevatam, & universalem super omnia corpora sicut in supremo creatura corpora creati, alii vero habentes virtutes magis particulares, sicut creati in inferioribus corporibus. Et hoc positum bene explicatur, quomodo Luciferi dicere potuerit: ascendam in Caelum, quia cum esset in corpore inferiori creatus, appetit superbe ad superiora ascendere.

QUESTIO III

De natura Angelorum.

Existentiam, & creationem Angelorum statuitur. Modo eorum naturam examinandam aggredimur, rem eisdem hominibus circa sensibilia occupari solitis fere imperviam, quae propterea, ut videbitur, Doctores maxime veteres in varias traxit opiniones. De hac ergo quaerendum erit. Primo, an sit proflus spiritualis. Secundo, an sit immultiplicabilis. Tertio, an sit incorruptibilis.

D O C T R I N A

An Angeli natura sint Spirituales?

S. I.

Notantur aliqua, & referantur opiniones.

In illis quovis tempore fuit communis atque receptus, fuisse apud Catholicos, quam Angelos esse spiritus. Quia tamen nomen spiritus equivocum est, ideo ex diversis aequi acceptione in diversas absumit est sententias. Primo ergo nomen spiritus accipitur pro re tenuissima, ac subtilissima, sive sit accedens, sive substantia. Sic species, seu imaginis, quae ab objectis immittuntur ad sensus, spirituales, seu rationales dicuntur. Sic tenuissima, ac purior sanguinis partes, per quas vegetandi, sentiendi quae vis manet in reliquis, spiritus vocantur, vel animales, quatenus a cerebro ad sensus officia, & motus per nervos diffunduntur: aut vitales, quatenus per arterias a corde propagati insunt calorem rescilunt, quo animalis vita continetur. Secundo. Nomen spiritus accipitur pro vento, aere, & puriori exhalatione: unde spirare, respirare, idem est, ac aerem trahere: & ventus nimio impetu struens spiritus pellaculum vocatur Psalm. 148. v. 8. & Act. 2. v. 2. aeris agitatio, qua spiritus sanctus super Apostolos descendit dicitur fuisse tamquam adventantis spiritus vehemens. Sic purior exhalatione, quae ope chymica ex corporibus crassis extrahuntur spiritus dicuntur, & in hisce dabus acceptionibus Medicis, & Chymicis familiare est nomen spiritus.

II. Tertio. Nomen spiritus accipitur pro animo, sive rationali, sive etiam sensitivo ut patet: unde Ecclesiasticus 31. v. 21. Qui novit, si spiritus filium suum ascendat sursum, & si spiritus suum descendat deorsum? III. Quarto. Pro substantia incorporea, non quomodocumque, sed ut opponitur corpori crasso ex carne, & ossibus constante, quomodo illud Christi Luc. 24. v. 39. Palpare, & videre, quia spiritus corpus, & ossa non habet: & hoc modo, ut dicemus. Veterum multi arbitrii sunt, Angelos esse spiritus, nempe, est corpora habentes, ea tamen ita aerea, & subtilia, ut nec tangi, nec ullo sensum percipi possint.

IV. Quinto denique. Nomen spiritus significat naturam pure intellectualem, nullo corpore, quamvis tenuissimo, nullaque materia physica constanter, vel conerata.

V. Haec omnia didicimus a D. Thom. in 1. dist. 10. q. 1. art. 4. ubi ait: Dicendum, quod spiritus nomen positum ad significandam subtilitatem alicujus naturae: unde dicitur tam de corporalibus, quam de incorporeis. Aer enim spiritus dicitur propter subtilitatem, & exinde astratio aeris, & expulsio dicitur inspiratio, & respiratio: & exinde ventus etiam dicitur spiritus: & exinde etiam subtilissimi vapores, per quos diffunduntur virtutes animae in partes corporis, dicuntur spiritus. Et similiter incorporea propter suam subtilitatem dicuntur spiritus sicut didimus duos spiritus, & Angelum, & animam etc. & 1. p. q. 41. art. 3. ad 3. de spiritu creato (inquit) quod quoadque dicitur ventus, quoadque aer, quoadque dicitur humilis, quoadque etiam anima, vel quocumque substantia intelligitur.

VI. Cum ergo nomen spiritus indifferenter corporea, & incorporea significet ob majorem, vel minorem subtilitatem, seu remotiorem a materia, sive in totum, sive a materia crassiori, propterea, quamvis Angeli in Scripturis dicantur spiritus, non formidantur Veteres illis assignere corpora, etiam subtilissima. Ita Irenaeus, qui licet lib. 3. cap. 30. n. 4. dicit sine carne esse, lib. tamen 4. cap. 16. al. 30. n. 4. dicit: quod Angeli transgressi decidere in terram in iudicium, id est in peccati poenitentiam precipites in terram acti, mulierum specie capiti, cum iis supri consuetudinem haberent, a quorum fatu natum fuit pessimum hominum genus, quos ultricibus diluvis aquis Deus delevit: quod futurum, & Clemens Alexand. lib. 2. Pedagogi cap. 2. Et 3. Stromat. quae fuit etiam opinio S. Iuliani Martyris, Athenagora, Lactantii, & Tertulliani, qui sicut Deo affinxit corpus, putans, praeter corpora nihil esse, ita multo magis hoc de Angelis opinatus fuisse credendus est. Ex pra-

facis autem Veteribus distinguebant quidam ruinam, & lapsum Luciferi a lapsu Angelorum inferiorum, & illum quidem ex superbia processisse alterabant illum tamen ex libidine, ac cum mulieribus commixtione ortum habuisse contendebant.

VII. Quislibet haec adeo perplexos tenuit antiquos etiam Patres, ut vel Augustinum ipsum aliquando dubitantes credimus. Nam lib. 15. de Civit. Dei cap. 23. postquam attulit creberrimam famam esse, multos se expertos testari, Silvanus, & Faustus, quos vulgo incertos vocant, impudens sepe existisse mulieribus, & carum accepisse, ac profluentibus: & quosdam Dionem, quos Duxes Galli nunciant, hanc eisdem immunditiam dicitur, & venare, & officere subiungit: Non hinc audis divina, utrum aliqui spiritus elementis aere corporati (nam haec elementum etiam cum agitur habet, sensu corporis, & tactu) possint etiam hanc partem libidinem, ut quomodo possunt, sentientibus feminis miscerentur: Dei tamen Angelos sanctos nullo modo illa tempora se labi potuisse crediderim: & rationem dubitandi praemiserat: nam sicut Scriptura dicit: qui fecit Angelos suos spiritus (Psalm. 103. v. 5.) Ita subdit, & Ministeres suorum ardentem, quibus verbis, an Angelis corpora adjunxerit, an chasitatem, qua fervere debent ministri eius, indicare voluerit (inquit S. Augustinus Ambiguum est.

Item Eriph. 95. olim 150. ad Paulinum, & Thersiam num. 8. Hinc, ait, ortus de Angelis quibus, utrum habeant corpora sint officio, & consuetudine congrua, an tantummodo spiritus sint? Si enim habere dixerimus, occurrit nobis, qui sicut Angelos suos spiritus. Si autem non habere dixerimus, plus habere scriptura, quomodo scriptura sit, eos corpora hominum sensibus sine corpore praesentans, hospiti receptos, pedes eis lotos, edentibus, & bibentibus ministratum. Facilius enim videtur potest, sic esse spiritus Angelos dicitur, ut homines animas, sicut scriptura est, cum Jacob in Aegyptum ire animas descendisse (neque enim corpora non habent) quam ut illa omnia sine corporibus esse credamus. Deinde certa quaedam in Apocalypsi Angeli figurati sunt in et mensura, quae nisi corpora esse non possent, ut quod humilitas appareret, non ad substantiam, sed ad usum quodam, ac facultatem spirituum corporum referatur. Haec Augustinus, qui, etiam ibi nihil desinit, & tamen propterea in hoc, quod Angeli habeant corpora spiritualia, praeter corpora crassiora, quae aliquando assumpserunt, indicavit lib. 3. de Trinit. cap. 1. ubi Eriph. (inquit) existeret viderentur moti, utrum Angeli manente spirituali sui corporis qualitate per hanc oculum operantur, & assumant ex inferioribus elementis corpulentioribus, quod sibi copiantur, quoslibetque vestem mutant, & veritate in quolibet specie corporales, etiam ipsas veras, sicut aqua vera in verum vinum convertitur, est a Domino: in ista propria corpora sua transformant in quod voluerint accommodare ad id, quod agunt. Corpora autem haec spiritualia Angelorum formam, & membra humana habere dicit lib. 1. Retract. cap. 26. Quod dicit, Angelica corpora, quae non spirituum habentur, lucidissima, atque aetherea esse credendum est, si hoc sine membris, quae nunc habentur, & sine substantia, quomodo incorruptibilis, tamen carnis, accipitur, etiam. Corpora ergo nostra gloriosa videantur optari futura, sicut corpori angelica, & aetherea scilicet: cum membris tamen humanae carnis.

VIII. Placuit in his aliquantisper immorari, ut noviter meus Candidatus, non semper exploratum fuisse, Angelos esse puros spiritus ab omni materia, & corpore etiam puriori deificatos: sed multa tempore apud Veteres in utramque partem disputatum fuisse: adeo ut etiam tempore S. Bernardi inter problemata computaretur. Etenim lib. 5. de cons. cap. 4. de Angelis inquit: Quamquam de corporibus horum non modo unde sit, sed an aliquatenus sint, haec sententia aliquotum. Unde si quis inter opinabiles magis id potiusdum confiteri, non censendo.

Nihilominus post Conc. Lateranense IV. sub Innocentio III. ita certum est, Angelos esse puros spiritus, & omnino incorporeos, ut abque ingenti saltem temeritate oppositum sustineri non possit. Quare

S. II.

Veritatis assertio prima.

IX. Deo primo. Angeli sunt omnino incorporei, & pure spirituales non constantes ex spiritu, & corpore, quamvis aere, & subtili, & non solum Angeli sancti, sed etiam praevaricatores, seu Demones. Probat primum, quia Scriptura Angelos esse bonos, sive malos absolute vocat spiritus Psalm. 103. v. 4. Qui facti Angelus tuus spiritus. De Angelis etiam malis Luc. 10. v. 20. dicitur: spiritus, vos spiritus. Et cap. 11. v. 26. assumit alios spiritum spiritus suum negatorum se. Matth. 8. v. 16. spiritus spiritus verbo, cap. 10. v. 1. Adit illis postquam spiritum immundum. Et alibi passim. Tunc sic. Sed nomen spiritus absolute dictum in Scriptura, significat rem proflus incorpoream, & omnis materiae expertem, quare Jo. 4. v. 24. enim Deus spiritus dicitur: spiritus dicitur: spiritus dicitur: spiritus ergo etc.

X. Secundo probatur auctoritate saepe laudati Concilii Lateran. IV. cap. Firmite, quo statuitur: Unum esse universalem principium, Creatorem omnium visibilium, & invisibilium, spirituum, & corporum, qui sui omnipotentis virtute simul ab initio temporis, utramque de nihilo condidit creaturam, spirituum, & corporum, Angelicum videlicet, & mundanum, ac deinde humanam, quasi communem ex spiritu, & corpore constitutam. Quibus Concilium plura statuit.

Primo. Inter creaturas dari creaturam spirituum conditum a corporali, & hanc esse angelicam: sed creatura spi-

ritualis conditio a corporea non potest constare ex spiritu, & corpore quamvis aere, & subtili; quia aerea, vel quocumque alia substantia; est subtilis, vere corporea est: ergo etc.

Secundo. Statuit, hominem esse substantiam communem, & quasi mediam inter angelicam, & mundanam, seu corporalem creaturam, quia constat corpore, & spiritu: ergo cum Angeli non sint medium inter spiritum, & corpus, sed extremum conditum a corpore, debent esse omnino incorporei: & sicut corpus, quod est aliud extremum, nihil habet de spiritu, ita spiritus nihil habet de corpore.

Tercio. Ita Angelus est spiritus, sicut anima, ex qua constat homo, spiritus est: sed anima est pure spiritualis, & incorporea, ut in altero Concilio Lateranensi sub Leone X. sancitum est: ergo & Angelus.

XI. Confirmantur omnia ex superioris alatis Scripturis. Si spiritus una est substantia angelica pars, & corpus altera, Scriptura, & Concilia alicubi proprio nomine expressissent completam illam substantiam ex spiritu, & corpore aere constanter: sicut esto aliquando per animam designetur homo, velut totum per partem, alibi tamen asseritur, hominem constare ex anima, & corpore: atque Scriptura ita vocat Angelos spiritus, ut nullibi exprimat, eos ex spiritu, & corpore constare: Concilium pariter citatum hominem ex corpore, & spiritu constanter ponit medium inter naturam corporalem, & angelicam, quam spirituale appellat: ergo fuit Scriptura, & Concilia dum nominant hominem ex corpore, & spiritu constanter, nominant personam in esse substantiali completam; ita dum dicunt Angelum esse spiritum, seu naturam spirituales, nominant personam, id est naturam in esse substantiali completam.

XII. Hanc veritatem plures ex Patribus agnoverunt. Eam agnovit Ignatius Martyr Episc. ad Tralense vocans Angelos incorporeas naturas. Agnovit Dionysius lib. de Calisti Hierarch. cap. 2. appellans eos spiritus simpliciter, nulla specie, gradibus, & gradibus, negans eos nulli corpore specie affusos, sed pure esse spiritus altissimos, & cap. 4. eos esse mentes libens a materia, & corpore. Agnovit Gregorius Nyssenus tam Episc. ad Eusebium, dicens: natura hominis ex anima, & corpore est composita: angelica vero incorporea naturam spiritus est: & orat. 4. in orat. Dominicam; omnia, inquit, natura rationali dividitur in corporalem, & incorpoream naturam. Incorporea porro est angelica creatura, altera non sumus. Agnovit Joann. Chrysolomus homil. 22. in Gen. dicens: Quomodo rationali consensum est, Angelum hominem... homini invidere corpore circumambit? & paulo post: Alioquin etiam quanta non dementia plerum fuerit dicere, Angelos ita deificos, ut eorum mulieribus rem haberent, & incorporea illa natura copularer corporeis? An non audis Dominum dicentem de Angelorum substantia: In resurrectione enim neque matrimonium contrahunt, neque nubunt: sed sunt sicut Angeli Dei? Neque enim possibile est, incorpoream naturam saltem unquam concupiscendum habere. Agnovit S. Basilus lib. 4. adversus Eunom. Angelos cum naturis incorporeis recensens, & ex hoc probans eorum incorruptibilitatem. Theodoretus homil. 20. in Genes. Damascenus lib. 2. de fide cap. 3. Angelum definiens: substantiam intelligentem materiae atque corporis expertem: tamen comparat ad Deum, quod crassum, & materiae esse dicit. Non ideo tamen hoc dicit, quasi putet, Angelum aliqua constare materia: sed quia, ut ait Div. Thomas hic qu. 90. art. 1. ad 1. Substantia incorporea medium sunt inter Deum, & creaturas corporales. Medium autem comparatum ad unum extremum, videtur alterum extremum; sicut tepidum comparatum calidum videtur frigidum. Et omnes creaturae comparatae ad Deum videntur quasi non sint: sicut 40. ver. 17. Omnes gentes, quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inanis operata sunt ei. Et quis negat, gentes vere esse, quis putet creaturas in se esse nihil, ac inane? Hi omnes recentis Graeci sunt.

XIII. Nec minus hanc veritatem agnoverunt Patres Latini. Sanctus Hieronymus tum Episc. 53. alias 29. ad Theodorum vicinam; tum Episc. 85. alias 27. ad Eusebium, exponens, quomodo in resurrectione erimus, sicut Angeli Dei: non natura (inquit) & substantia corporum tollitur. Non substantiam nobis Angelorum, sed consuetudinem, & habitudinem Dominus re-promittit, Et Episc. 64. olim 59. ad Avitum, Originem reprehendit, quod dixerit, Angelos praevaricatores fuisse corporibus alligatos. S. Leo Episc. ad Turibium cap. 6. Rides (inquit) vana, quae est Catholicis, omnium creaturarum sunt spirituales, sine corporalium, bonam consuetudinem substantiam. S. Gregorius lib. 4. Moral. cap. 3. olim 9. Dicit (inquit) ad intelligendum se creaturas factas (Deus) angelicum videlicet, & humanam... sed una regem carnis habuit, alia vero nihil infirmum de carne gessit. Angelus namque solummodo spiritus, homo vero & spiritus est, & caro. Et hom. 34. in Evangelia: Angeli inquit, semper sunt spiritus. Demum ipsemet S. Augustinus, qui, ut superioribus observavimus, hac in re dubius haeserat, hanc veritatem tandem agnovisse videtur lib. 1. Retract. cap. 11. ubi Angelos vocat creaturas spirituales, spiritus angelicos, non vero animas, aut habentes animas. Et lib. 2. Retract. cap. 14. Angelos desertores dicit, & vocat desertores se spiritus, quoniam de Angelis agitur. Ita post Lateranense IV. omnes Theologi sentiunt, uno excepto Cajetano, qui esto in Comment. super hunc art. 1. quae 90. sentiat cum Div. Thoma, Angelos omnis materiae expertes: tamen super cap. 2. Episc. ad Episc. ait, consensum esse veteris Philosophiae, quod Demones sint spiritus aetherei, nomine aeris intelligens, non elementum aeris, sed subtile corpus nostris sensibus ignotum.

XIV. Superest, ut hanc veritatem rationibus comprobemus.

Prima est, quam attulimus ex Div. Thom. qu. praet. Dub. 1. §. nu. 4. §. 6. & 7. sumpta ex perfectione universi, in quo, sicut est substantia corporea, ita debet esse substantia incorporea: & sicut est substantia incorporea, completa, & incompleta, ita debet esse substantia incorporea, nempe incompleta; ut est anima rationalis, sed & completa. Et ulterius. Quia, ubi datur unum extremum, & medium, conveniens est dari aliud extremum; sicut ex quo datur aximel, quod ex melle, & aceto constat, consequens est dari acetum a melle distillatum, & mel ab aceto separatum in rerum natura inventi: sed in ordine eorum datur aliquid omnino materiale; ut corpora, & aliquid medio modo se habens, ut homo, qui partim corpore partim spiritu constat; ergo admitti debet aliud extremum, nempe substantia pure spiritualis, quam Angelum dicimus.

XV. Rursum ab inconvenientibus probatur primo. Si Angeli habent corpus, illud habent compactum, sicut homines: hoc enim illorum apparitiones, & operationes ostendunt; ergo licet sit subtilis, quam corpus hominis, Angelus specie ab homine non differet, quia subtile, & crassum non variant speciem: & hac ratione Div. Hieronymus Episc. laudata ad Avitum arguit Origenem, quod nimirum Angeli fierent homines, & homines in Angelos transire possent.

Secundo. Quoties Angeli in terram mittuntur, aut Caelum divideretur, aut fieret penetratio. Nec posset explicari, quomodo integra Daemonum legio (ut refertur Luc. 8.) sex millia sexcentum sexaginta sex continens, poterit uno hominis corpore contineri. Porro (inquit Richardus Victorinus lib. 4. de Trinitate) si nec ab uno homine effecti sunt, nec in eo ante ejectionem fuerunt. Si Daemon corpora habent, ubi quae in eo fuerit in spiritu, an in corpore? Constat autem, quia omnis corpus longitudinalinem, latitudinem, altitudinem, latera videlicet dimensiones habet, & eo ipso sine locali capacitate subsistere non valet, qualem spiritus omnino non habet; ergo non in spiritu, sed in corpore fuerunt. Sed quomodo, vel in quo hominis parte, ut corpora habitant? Sed quantumcumque subtilis, alio, ejusdem profertur quantitas, corpora, unum cumdemque locum occupare non valent. Cujus ergo, quae, exigentiae partes, angelicum corpus esse, si crederet vel solum hominis pellem corporis astruam, tot angelica corpora posse comprehendere?

Tertio. Angeli moventur in instanti, aut saltem motu maxime celeri: si autem haberent corpora, non possent moveri, nec in instanti, quia corpus non potest in instanti moveri, cum parte post partem moveatur: neque motu maxime celeri, & concitato aere dividendo, secando, & statim claudendo, ut per tonitrua, fulmina, & bombardas; id autem fieri non posset absque magno sonitu, & ingenti sidulo, quem tamen nunquam percipimus, quamvis Angelorum, & Daemonum motus frequenter contingat: ergo etc.

Quarto. Si Angeli haberent corpora, maxime ea haberent, quia mulieribus commixti sunt, quia manducarent, hospitio recepti sunt, eis loti sunt pedes; ergo non haberent corpora aerea, sed solida, ossa, nervos, & alia id genus ad ejusmodi motus, & operationes necessaria, quibus corpus aereum caret; ergo corpus aereum, quod contraria sententia eis assignitur, inutile est: eo vel materia, quod Angeli assignari deberet corpus praestantius corpore humano, nimirum solidum omnino, indissolubile, & non sicile corruptibile, obnoxium, sicut est aereum quod facile cedit, dissolvitur, & corrumpitur.

S. III.

Aserio secunda.

XVI. Deo secundo. Angeli nec fuit compositi ex materia, & forma. Ita Div. Thomas hic qu. 90. art. 2. Ne autem quis putet, spirituum esse hanc assertionem; cum enim jam statutum sit, Angelos esse proflus incorporeos, & spirituales, videtur consequens, eos esse quoque proflus immateriales, & carentes materia. Propterea monendum est Candidatum meum, quod, etiam statuto, Angelos esse incorporeos, & spirituales, adhuc restat locus dubitandi, an sint omnis materiae expertes. Etenim ex una parte Avicbrion dicebat, eandem esse materiam spirituum, & corporalium, ex quo sequebatur, etiam res spirituales, & proinde Angelos constare ex materia. Ex alia vero Ethnici quidam, de quibus agunt Nazianzenus orat. 34. & Damascenus lib. 1. de fide cap. 4. docebant, esse aliquod corpus materie expertis, quod quantum vocabatur, & in ossem corpus materie expertis, nec Angelos ex materia constare. Ideo ad ostendendum, nec Angelos ex materia constare, nec ullo modo esse corpus, utilis est haec assertio. Eam ergo XVII. Probat Div. Thomas sic. Talis debet esse substantia, qualis est ejus unica operatio: sed unica Angeli operatio, quae est intelligere, abstrahit ab omni materia; percipit enim res universales, & aeternas, quod non possit si esse conjuncta materiae, quae est principium singularitatis, & coarctationis ad unum, ac limitationis ad hic, & nunc; ergo etc.

XVIII. Confirmatur ex Div. Thoma qu. de spiritualibus creaturis art. 1. ubi rem hanc sic pertractat, quae. Intelligere italem requirit potentiam in natura intelligente, quae fit proportionata ad suscipiendam formam intelligibilem, quae fit representativa rerum, non contracta ad singularia, & ad hic & nunc, sed illimitata, & in universalis: sed ad hoc est improporionata materia physica, quae est receptiva formae eam contrahendo ad esse individuale, ejusque representationem limitat ad singularia materialia; ergo etc. De hoc diximus Tract. de scientia Dei quae 1. dub. 1.

XIX. Probat primum secundo alia ratione D. Thomae loco mox cita-